

Ann. VIII.

ROMAE, Kal. Octobribus M DCCCC V.

Num. X.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Premium annuae subnotationis, *ante solendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA"

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

Post pacem.

Pacis foedus inter Iaponios atque Russos.

Studia biblica.

Varia latinitas. - Paroemiae sive adagia de amicitia.

De animantium studio apud Romanos.

Fabulae selectae Fontanii a Io. Bapt. Giraud latine redditae, passim retratae a Fr. Xav. Reuss: CXLV. Leo. - CXLVI. Lupus et Vulpes. - CXLVII. Avarus et Simia. - CXLVIII. Due Caprae. - CXLI. Felis senior et iunior Mus. - CL. Silva et Lignator.

Theresia virgo.

Colloquia latina. - Ludus globulorum.

De Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Acta pontificia. - Motu proprio de examinibus ordinandorum in Urbe.

Diarium Vaticanum. Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones. - Vita funeti viri clariores. - Varia.

Annales: Pax inter Iaponios et Russos composita. - Russorum civiles res. - Balkanici et Cretenses motus. - Norvegorum secessio. - Mauritanae res.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

In tertia operculi pagina:

Per Orbem. — Libri recens dono accepti. — Aenigmata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M DCCCC V

Sociis et lectoribus

Commentarii nostri humanissimis.

Novo superveniente anno, quem VIII Vox Urbis inscribere gloriatur, non quidem, ut plerumque assolet, nova et magnifica promittemus; non enim sociis et lectoribus, qui constanter in itinere, neque eodem brevi atque expedito, nos comitati sunt, magniloquis verbis temerariisque promissionibus illudere opus est nobis, sed tantum ea adnotare quae in eorum veram utilitatem adducere constituimus.

Vox Urbis itaque in annum MDCCCCV ea erit, quam socii voluerunt: commentarium menstruum, qui non unum Urbis augustae matris sermonem, sed omnem cultum et humanitatem referat, eaque omnia quae inde, veluti ex radiationis centro, animos usque a longissimis orbis partibus amice cum genitricis animo coniungere valeant. Disputationes igitur, quae plerosque populos aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones suum locum apud nos hoc etiam anno invenient, atque simul nuncii, significaciones, et documenta, quae tum circa catholicam rem, quam tueri gloriamur, tum circa eventus peculiari nota dignos, in varietate quamquam, *simplex dumtaxat et unum* opus reddant nostrum.

Sed aliud quoque expediemus, quod non paucorum sociorum desiderium explebit; articulos scilicet in quibus, quasi in parva tabula, simplici eoque facili stylo, descriptionibus, narratiunculis, dialogis, argumenta vitae maxime communia tractentur, unde liceat colloquia latine inire atque alere. Ita finem illum supremum, ut latinus sermo universalis, prouti dicunt, reducatur, non modo obliuiscemur, imo etiam propius prospiciemus.

* * *

Maiora vero comparavit administrator; qui non modo immutatum reliquit pretium subnotationis, quod est in Italia lib. 4, 80; ubique extra Italianam lib. 6, 25 (doll. 1, 25; sch. 5; march. 5; rubl. 3; cor. 6, 25); sed ad magis magisque commentarium vulgandum curis creditum suis rationes vere favorabiles cavit, quae sequuntur:

Si quis socios novos duos comparaverit, pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotationem gratis omnino sibi habebit; eoque bono gauderi poterit ipse subnotator novus, qui, sua vice, eadem gesserit. Quum iste scilicet socios alios duos nobis acquisiverit, facultas ei erit non duorum pretium, sed unius tantum mittendi, atque alterum faciendi suum, ut pretio pro subnotatione iam ante misso sese resarciat. Neque eum pudor teneat novos

subnotatores de favore ipsi concesso aliquo modo certiores futuros: hi enim receptionis schedulam, veluti si pecuniam directe per se miserint, regulariter accipient. Haec una conditio, ut novi hi subnotatores intra menses duos, a propria cuiusque subnotatione recurrentes, requirantur, utque omnia ad Aristidem Leonori equitem (Romam in Italia, via Alessandrina, 87) recto tramite mittantur.

* * *

Quid plura?... Plura tamen administrator concedere sociis voluit, eaque paene incredibilia; id enim effecit, ut *VOX URBIS* socii e loco domicilii sui in Urbem, atque inde in domicilium suum reverti gratuito possent. Id iis paratum est — bibliopolis, uti patet, exceptis — qui ante Iulium mensem an. MDCCCCV sexaginta novas subnotationes collegerint earumque pretium integrum ad administrationem miserint. Societati itinerum notissimae Cook et Son munus commissum; ea, ubi primum a nobis certior facta erit, epistolarum commercium cum socio inibit, omniaque disponet ut is nullo impendio ab *Europae* loco ubi vivit Romam usque, atque Roma in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus, iter aggrediatur. Estne difficile nimis sexaginta socios novos comparari? En rursus benigne succurrit administrator: qui triginta tantum collegerit, dimidiatum pretium itineris habebit.

* * *

Sunt tamen qui eiusmodi curas negligent: num his praemium nullum erit? Atqui erit sociis omnibus, qui ante expletum Februarium mensem an. MDCCCCV debitum solverint suum; idque, more nostro, pulcherrimum: *imago heliotypice* expressa metr. $0,32 \times 0,45$ Pium X Pontificem referens sacris ad solemnia indumentis ornatum atque benedicentem. — Quod si denique socius tabulam illam maluerit metr. $0,22 \times 0,45$ iam in nostrum commodum unice superiore anno desumptam, ac Pontificiam dominationis auspicationem referentem a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI peractam, quum exemplaria nonnulla apud nos sint adhuc, eam requirat, nosque, donec possibile erit, ei morem geremus.

* * *

Restat nunc ut sollicitudini nostrae sociorum favor in dies crescens respondeat.

Vox Urbis.

PRE
In Italia: Lib.
Lib. 6,25, Doll. 1

POST

C RUENTISSIMUM h
gerebatur, tandem
didis alis iterum a
praefulgida Dea. Gr
Optimo Maximo, qu
quique novas iam
et post teterimas p
rum meliores stern
latio habenda, qui
primum Theodoro I
bellantium regi Nic
ponio huic praecip
addere laureis volui
magnum armis oste
generosa cupiditate

Hac quidem pace
Saeculum xix maius
seditione ortum est
at leges ab Evangelie
qualitate ac libertate
ruscant; nam Iapon
fructus est, Russican
etam et nova liberta
tate cultus, de popu
leges decreta Caesa
cogente edita visa su
renobabant. Paratus
vino consilio, gladi
abhinc saeculo per
tatis victoriam Napol
ad omnes gentes m

Nec satis: novae
gnū: Europaeoru
manitate, ad omne
militaribus provehe
contra per omne xi
duraverat, neque se
perficiebat. Amer
glos expulerunt, de
Iberos et Lusitanos
autem apud novissim
nenses fiebant adhu
erudelitate, quum em
mis superati sunt.
loniae sunt eversae,
patere adhuc occup

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italiam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:

ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

POST PACEM.

CRUENTISSIMUM bellum, quod in ultima Asia gerebatur, tandem exactum est: pax canidis alis iterum arridet super orientis terras, praefulgida Dea. Grates habendae Deo primum Optimo Maximo, qui perficit ex malo bonum, quique novas iam parat hominibus utilitates, et post teterimas pugnas vias novorum factorum meliores sternit: mox hominibus gratulatio habenda, qui Dei consilia adiuvarunt, ac primum Theodoro Rooseveltio, deinde utrique bellantium regi Nicolao atque Mutsuhito; Iaponio huic praecipue, qui post tot victorias, addere laureis voluit myrtos, et populum quem magnum armis ostenderat, non minorem pacis generosa cupiditate probavit.

postquam maximum inde belli incendium exarserat, Iaponensis triumphus advenit.



Hoc bello spreta adhuc gens, quam paene barbaram putabant, maximum Europae imperium et fortissimum, quod omnes terrebant, quod metuebant passim Europaei, vicit et fudit: hac Victoria armis Europaeorum clausa Orientis limina, quae tantum reliqua erant, apparent. Sinenses ipsi iamque e somno surgunt; imperialis foemina spondet et ipsa proxime sese legatos populi advocaturam, exercitum dum instruit classemque parat. Quadrigenites centena millia hominum flavi coloris hoc consilio arma et sapientiam nostram assumunt; Orientis discrimen iam nullum amplius est.



Praeterea Iaponiorum Victoria quamvis primo adspectu, idolorum Victoria videatur, est contra novum Crucis tropaeum. Iaponii enim, dum nostrae humanitatis commoda omnia, et inventa, et leges amplexati sunt, inscientes aut scientes Christum celebrarunt, cuius Evangelio omnia haec imbuta sunt; ita plane, ut immanni in bello barbari milites humanissime agere visi sint, magis autem quam de pace gerentes mitissimo animo egerint erga victos. Quo factum est ut Russica contra moles, quae Christum quamquam profitebatur, aulicam tamen et corruptam et speciosam tantum religionem exerceret, nunc pateat libertati, et per eam Christi evangelio renovanda proset.



Aliud denique factum est, ut nimurum, quod ante centrum et quasi fulcrum publicarum rerum erat hactenus in Europae terris et paene ad mare nostrum internum, hodie, ex Mediteraneo, ex Baltico mari, ex Atlantico oceano ad Pacifici immensum spatium mota sint.

Nam illud hodie cingunt potentissimae gentes: Russi, Americani, Iaponii et Sinenses, qui brevi fortissimi erunt futuri; Anglorum classes omnia maria persulcantes ab Australiana terra ad Canadensem attingunt, ita ut iam non de Europaeis fatis, sed de Asiaticis contentio fiat. Quid inde? ..

At Christi Evangelium praedicatur nunc in universo mundo: Iaponii Christi legatos non occidunt, sed audiunt venerabundi; Sinenses eos necare proxime abstinebunt, (ut spes illu-

cescit), quum libertas et ibi parta erit. Quinimo ad Asiae litora, unde orta est, proiecta iam humanitas referet gradus, ita ut prope videatur proximum tempus, quo tandem saecorum cursus compleatur. Nimia forte celeritate haec vaticinia trahuntur; at hodierna pax facile ea menti suadet, neque aliam indigit futurae historiae viam.

PACIS FOEDUS

INTER IAPONIOS ATQUE RUSSOS.

PACIS foedus a Russorum Iaponiorumque legatis die V superioris mens. Septembri Portsmouth, in oppido Civitatum Foederatarum Nordicae Americae, subscriptum, XV artieulis constat, quibus duo additi sunt rerum perficiendarum modos indicantes.

I^{us} itaque pacem et amicitiam restitutam declarat inter duorum Imperiorum Caesares atque invicem inter eorum subditos.

II^{us} Russorum Caesar plane recognoscit Iaponiam in Coreano imperio rationibus civilibus, militaribus oeconomicisque praepollere, seque spondet nihil unquam consiliis oppositum, quae Iaponia, composite cum Coreano gubernio, opportuna censebit circa directionem, tutelam rerumque Coreani Imperii inspectionem; cives vero Russici Russorumque negotia eodem rite tractabuntur, quo cives negotiaque ceterarum gentium fruuntur.

III^{us} invicem promittitur Mandchouriae territorium eodem tempore vacuum iri tum a Russis, tum a Iaponiis militibus, quum in demigratione hac populi ambo implicentur, eorumque conditio una eademque habeatur. Iura vero a personis privatisque societatibus iam antea acquisita integra manebunt.

IV^{us} ad Iaponiam omnino transmittuntur Russorum iura a conductione parta tum Arthuri portus Dalnique territorii, tum finium aquarumque his adiacentium; bona vero iuraque civium Russorum protecta observataque erunt.

V^{us} Russicum Iaponiumque gubernium invicem fidem suam interponunt ne rationibus generalibus obstent a Sinis, ad unam normam pro nationibus omnibus, ineundis ad expedienda commercia, industriasque in Mandchouria procurandas.

VI^{us} ut Mandchouriana ferrivia a Russis simul et Iaponiensibus exerceatur lex est, eiusque limen Koang Teheng Tse constituitur. Propriis viae partibus utraque natio gaudet commerciorum industriaeque causa, firmum quum habeatur, Russos ferriviam suam conservare cum omnibus iuribus a pactione cum Sinis de ea-

dem ferrivia struenda sibi tributis. Iaponiae proprietas erit fodinarum iuxta suam ferriviae partem iacentium, servatis tamen iuribus personarum societatumque privatarum. Utrique parti hoe foedus pacisenti integra libertas erit omnia capessendi, quae in territorio suo opportuna videantur.

VII^o Russi Iaponique spondent se ad Koang Teheng Tse suam eniisque ferriviam simul iuncturos.

VIII^o conveniunt se Mandehouriana ferrivia ita usuros, ut nullo obstatulo commercia advehantur.

IX^o Russia Iaponiae cedit Sakaline insulae inferiorem partem ad quinquagesimum gradum nordicae latitudinis usque. Coloni vero Russici liberi erunt, iusque eis recognoscetur illic permanendi, servando civitatem suam. Ex altera parte Iaponis erit facultas cogendi Russos, ad illam insulam poenae causa adductos, ut territorium ipsis concessum relinquant.

XI^o Russia pactionem promittit, eius vi subditis Iaponiensibus ius concedatur in Russie territorii aquis, in Iaponico, Okhotskio atque Behringio mari piscandi.

XII^o Russi Iaponique invicem dant fidem se omni ex parte renovaturos commerciorum conventionem inter duo gubernia ante bellum existentem, cum levi tamen minutiarum immutatione, atque cum clausula quae vulgo a «natione maxime adiutae» nuncupatur.

XIII^o dant pariter fidem se ultro citroque captivos commutaturos, eorum penum pretio solventes, quod documentis probetur.

XIV^o constituitur hoe foedus galliae et anglica lingua iri redactum; gallico textu Russis, anglico Iaponis fidem faciente; in dubiis gallicus textus unus auctoritatem obtinebit.

XV^o deceernitur foederis eiusdem sanctionem intra dies quinquaginta a regibus utriusque civitatis iri subscriptum. Legationes Galliae Civitatumque foederatarum Nordicae Americae «intermedii», quod dieitur, munere fungentur inter Iaponiense Russicumque gubernium, atque foederis sanctionem per telegraphum nuncia- bunt.

Denique additi articuli huiusmodi fuere:

a) Mandehouriae demigratio a duobus exercitibus fiet intra menses XVIII a foederis subscriptione per legatos utriusque gentis facta, primaque agmina discedent quae ulterius producta sunt. XVIII autem mensibus elapsis, non ultra quindecim milites pro unoquoque chilometro ad ferriviae custodiam hinc inde relinqui poterunt.

b) Peculiaris «designationis commissio» in ipsis locis fines describet, qui Sakaline insulae partem Russicam a Iaponia divident.

STUDIA BIBLICA.

ANNO superiore, de studiis biblicis hoc in Commentario sermonem instituens (1), panis absolvit, quae SS. Litterarum in scholis tradendarum rationem in universum attingerent, nonnulla tamen celans animo, quae tunc, temporum adiunctis, latius exponere prohibebat.

(1) Cfr. an. VII, n. VL

Nonne autem, quum mihi, etsi per breve tempus, a scholae laboribus vacuo aliquid otii seribendi facultatem dederit, iterum ad intermissa me referens, dicam primum de Commentariis ad rem biblicam spectantibus; quae quanti potissimum doctoribus sint, ut in promptu habeant vel inventa nuper, vel quae vetera sanae artis criticae opera illustrata ad rectam Sacrorum Librorum interpretationem pertinent, omnibus constat. Neminem enim latet de bonis artibus, litteris ac doctrinis Commentaria studiosis hominibus, praeter accuratam doctorum librorum lectionem, iter expedire, ut suam quisque provinciam optime noscat atque ab inopino hostium impetu tueatur. Evidem si fonticulum cum magno flumine comparaveris, infelix, operam perdideris! Attamen parvis magna iuvari usus docet. Idque animadvertere oportet, ut in re de qua agimus, Commentariorum utilitatem percipias: quae Commentaria, pro eruditorum hominum tractationibus, sie se habent ut rivi, qui ex magno flumine profluunt. Etenim undenam animi motus, qui in dies pererebescunt, sententias in disputationem deduetas, uno verbo doctrinarum progressum facile noveris, nisi ex hisce Commentariis, quum libri, non raro, saltem aliqua ex parte, vix in lucem editi, senectute laborent? Igitur patet Commentaria huiusmodi, bona quidem disciplina commendanda, tam urgenti necessitatibus plane satis facere.

Iamdudum in Italia nostra praeelara et bene merita de theologieis et philosophicis doctrinis Commentaria exstant, in quibus et rei biblicae saepe loens conceditur; sed quum mihi mens sit de doctoribus magis quam de tironibus sermonem perseQUI, quumque rem biblicam suis finibus cupiam circumscribere, minime aperte me fateri pudebit, penes nos Italos nullum extare veri nominis biblicum Commentarium, quod seculicet in omnibus bibliorum studiorum partibus explendis - puta, in iis quae ad antiquitatum Iudaicarum notitiam, divinae Inspirationis naturam et limites, SS. Librorum *zvōθevrīzv* et interpretationem, linguarum hebraicarum et graecarum cognitionem pertinent - totum se praecipue conferat.

Hic vero non infieor me in nonnullas difficultates incurrire.

Opponat quispiam: «Quod iure doleas biblicae doctrinae cultores validis interdum destinati armis, quibus id quod a rerum novarum auctoribus contra christianam fidem obici possit occupent vel reiiciant, non repugno; sed optimo iuvare consilio, ne vota ventis demus, hoc opus, hie labor est! Cuiusque vel medioris hominis est vitia detegere, non autem remedia aliqua procuratione excogitare!» Nil habeo quod improbem, praesertim quum per multi, nugacitatis fascinatione decepti, dum ad inceptum celerius festinant, longe ante quam optatam metam contingent viribus deficiunt. At si non nostra, quid vetat quominus aliena ope utamur? Neque profecto id efficiet, ut, progrediente tempore, propriis fulci viribus, ea quae nunc desiderantur assequamur. Sed res, in praesentiarum, nonnihil negotii in se habet, quippe quae subtilium ingeniorum auxilium expostulet ac non sine magna impensa ad effectum adduci queat. Praestabit ideo oculos

alias vertere, et mox invenies quae tibi opus erunt ad munus biblii doctoris rite obeundum.

Prodit enim iam quartum et decimum annum Lutetiae Parisiorum in Galliis vigetque pulcherrimum ad rem Commentarium, cui nomen *Revue biblique internationale* inditum est, quod omnes biblicas quaestiones, pro temporum necessitate positas, disceptat et explicat, atque inventa, quaecumque sunt, ex nuperis effussionibus, tum in Palaestinensi agro, tum in finitimis regionibus, postremo eodieis antiquissimos ex bibliothecarum latebris eductos recenset et explanat, ita ut biblius doctor nulla fere ope egeat, non solum ad *rationalistarum* acies profligandas, sed sanae artis criticae praecepsis imbutus, firmae turris instar, quae, ventis obvia, nescit nutare, inexpugnabilis fiat.

Huic Commentario scribendo doctrinae biblicae peritissimi viri praesunt: Lagrange, Vigouroux, Battifol, Knabenbauer, Bruneau, Weikert, etc. Quorum nomina, quum quibuscumque in SS. Litteris vel medioeriter versatis notissima sint, nulla certo erit suspicio cur ego, omnium minimus, intempestivae laudis causa, digna quae lectorum admirationi meis verbis commendentur, censem. Commentario nomen date, doctas eius paginas intenta cogitatione volvite, nocturnis versate manibus, versate diurnis vos, qui in SS. Litteras in scholis tradendas ineumbitis, reique veritatem factum incide evineet!

Verum enim vero animo dolendum est hoc Commentarium non eo quo par est ambitu apud nos esse vulgatum. Nos Itali - da veniam verbo, benigne lector - natura fortasse desidores senioribusque studiis repugnantes facile omni vento doctrinae abripimur, novitati plus aequo indulgentes, contenti sumus si quae de re biblica in ipsis quotidianis Commentariis sine arte et eura passim feruntur raptim delibemus, haud rati quoniam ex fonte, limpido an lutulento, novarum doctrinarum pronuntiata decurrant. Cui studiorum levitati nonne remedium efficacissimum, quod iam adest, affremus?

Ceterum - ad veritatem loquar - non me fugit quamdam inesse difficultatem in eo de quo hue usque disputavi; cui tamen difficultati facil modo consulere poterunt illi docti viri qui tam peropportuni Commentarii euoram gerunt. Multi ex Italis gallicam linguam callent, sed non omnes. Quodsi res est de catholicis clero, cuius vita in pastoralibus saeri ministerii muneribus tota versatur, quis non videt maximum superesse impedimentum, si eum temporis angustia linguae gallicae imperitia pugnet? Acedit quod non satis est quaeilibet inchoata gallicae linguae notio, ut quisque quae legit penitus perspiciat planeque cognoscat: in iis enim quae theologiam doctrinam spectant accuratus priorum verborum usus requiritur, ambigue dieta omnino tollenda; item in codicibus et antiquitatis monumentis inlustrandis obseuriora saepe legenti occurruunt vocabula, quae facilem rectamque explicationem exposcent. At haec omnia italicis clero, qui gallicae linguae consuetudine non utitur, haud parvum negotium facessent! Quid ergo agendum? Ut omnes sine ullo labore tot doctorum hominum

disputationum partici-
summa Alpium inga-
dat, nonne iuvabit id
latinum convertere? Quo-
ducimus non Italisi soli
quia latinus sermo u-
sublatu locorum, stir-
mine, cunctas gentes
labii », una fraterna

Ni memoria me fallit
tionale ζητεῖν - grae-
amplissimi Coetus Po-
moderandis studiis bi-
felicitate regnante novi
vini Voluminis custodi-
ideo magis proposito
iste mei, etsi humili-
in Venetis magistri, v.
Ne autem me superbi-
avertat! - quis arbitre
disputationi finem impo-
riretis, atque itinera
monstranda, non ut ip-
commonstrarem tantum
digitum ad fontes in
§ 203 ».

Scribem in Portu Roma-

VARIA L

PAROEMIAE

DE AMI

Ne salem et mensam
verbium significat amic-
conciiliatur, non esse vi-
fragalem victum innu-
cognoscere. Horatius i.

Vivitur parvo be-
Splendet in men-

Idem in *Sermonibus*:

.... modo sit

Concha salis pu-

Verum in divinationi-
gionis causa solitus ap-
nos sali potissimum sit
Plutarchum (*Symposio*)
Nam et Homerus sale
Plato seripsit salem re-
familiarissimumque. P
causa prorsum a sale
panibus quidem vescan-
est veri dissimile illo
tamquam condimentum
ita ut non immerito o-
pellatus sit. Nam sunt
gratiam nominarint, o
videantur insipida ingr-
maxime divinum in se
antiquis, quod a corpo
trefactionem ac tabem
prorsum interire, diu
animaeque, quoad lice-
ius itaque ut erat offici-

(1) Cfr. num. sup.

es quae tibi opus
ris rite obeundum.
et decimum an-
Galliis vigetque
mentarium, cui no-
tionalis inditum est,
tiones, pro tempo-
reptat et explicat,
sunt, ex nuperis
tinensi agro, tum
remo codices an-
um latebris edu-
ut bibliicus docto-
rum ad rationali-
ed sanae artis cri-
mae turris instar,
utare, inexpugna-

ndo doctrinae bi-
ant: Lagrange, Vi-
bauer, Bruneau,
na, quum quibus
medioecriter versatis
it suspicio eur ego,
tivae laudis causa,
ationi meis verbis
commentario nomen
intenta cogitatione
nibus, versate diur-
scholis tradendas
factum Incide

dolendum est hoc
par est ambitu apud
da veniam verbo,
tasse desidores se-
nantes facile omni-
novitatique plus
sumus si quae de
anis Commentariis
runtur raptim deli-
x fonte, limpido an-
rum pronuntiata
vitati nonne reme-
iam adest, affe-

loquar – non me
cultatem in eo de-
ni tamen difficul-
tenterunt illi docti
Commentarii eu-
gallicam linguam
dsi res est de ca-
pastoralibus sacri-
versatur, quis non
mpedimentum, si
ae gallicae impe-
on satis est qua-
notio, ut quisque
plane cognoscere
ogicam doctrinam
m verborum usus
no tollenda; item
nonumentis inlu-
nti occurront vo-
ue explicationem
eo clero, qui gal-
titur, haud par-
ergo agendum?
petorum hominum

disputationum participes fiant, immo quo citius
summa Alpium iuga Commentarium transe-
ndat, nonne iuvabit idem ex nativa lingua in
latinum convertere? Quod sane pergratum fore
dueimus non Italis solum, sed toti Orbis, terrarum
quia latinus sermo unus idoneus est, qui, omni
sublato locorum, stirpium et linguarum discri-
mine, cunctas gentes, veluti populum « unius
labii », una fraterna societate deviciat.

Ni memoria me fallit *Revue biblique interna-
tionale* 627200 – graeco nomine utar – est illius
amplissimi Coetus Pontificii, qui a Leone XIII
moderandis studiis biblicis institutus et a Pio X
feliciter regnante novis auctus incrementis, Di-
vini Voluminis custodiae sedulo invigilat. Quid
ideo magis proposito respondebit, quam Coetus
iste mei, etsi humillimi biblicorum studiorum
in Venetis magistri, vota suscipiat et perficiat?
Ne autem me superbia elatum – quod Deus
avertat! – quis arbitretur, Ciceronis verbis huic
disputationi finem imponam: « Fontes unde han-
rire, atque itinera ipsa ita putavi esse de-
monstranda, non ut ipse dux essem...; sed ut
commonstrarem tantum viam, et, ut fieri solet,
digitum ad fontes intenderem (*De Orat.* I,
§ 203) ».

Scribam in Portu Romatino, kal. Septembr., MCMV.

MARCUS BELLI.

VARIA LATINITAS

PAROEMIAE SIVE ADAGIA

DE AMICITIA (1).

Ne salem et mensam transgrediaris. — Pro-
verbium significat amicitiae ius, quod his rebus
conciliatur, non esse violandum. — Salis nomine
frugalem victum innui, passim e poetis licet
cognoscere. Horatius in *Odis*:

*Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.*

Idem in *Sermonibus*:

*.... modo sit mihi mensa triples et
Concha salis puri.*

Verum in divinationibus videtur magis reli-
gionis causa solitus apponi. Cur autem hic ho-
nos sali potissimum sit habitus, queritur apud
Plutarchum (*Symposiae problem.*, dec. IV).
Nam et Homerus salem divinum appellat et
Plato scripsit salem rebus divinis amicissimum
familiarissimumque. Proinde Aegyptii honoris
causa prorsum a sale abstinent, adeo ut ne
panibus quidem vescantur sale conditis; neque
est veri dissimile illos abdicasse sibi salem
tamquam conditum omnium suavissimum,
ita ut non immerito obsoniorum obsonium ap-
pellatus sit. Nam sunt qui hac de causa salem
gratiam nominarint, quod citra hunc omnia
videantur insipida ingrataque. Quamquam illud
maxime divinum in se salem habere visum est
antiquis, quod a corporibus vita destitutis pu-
trefactionem ac tabem arceret, neque sineret
prorsum interire, diu morti velut resistentem
animaeque, quoad liceret, vice fungentem. Hu-
ius itaque ut erat officium animantia tueri con-

(1) Cfr. num. sup.

tinereque, neque sinere compaginem dilabi, iti-
dem sal animae exemplo cohibere credebatur
corporum harmoniam ad tabem tendentium et
membrorum inter sese amicitiam conservare.
Hac eadem ratione fulgoris ignem sacrum ac
divinum arbitrabantur, quod ictorum corpora
multo tempore perdurarent neque putrescerent.

(Ad proximum numerum).

DE ANIMANTUM STUDIO APUD ROMANOS.

Ex lupae pietate Romulus Urbis conditor in-
columis est servatus; neque si quis rem cre-
dat ad unguem, nimis incredulus censendus
erit; superiore enim anno Russicus ursus puel-
lam corripuit, in silvam abduxit, nucibus et
pomis enutritus; nihil igitur mirum si rava
lupa Amulii nepotes in vita servaverit.

At Romulea gens nullam erga animantia
grati animi significationem exhibuit; quam-
quam enim circenses ludi duo vix postrema
per saecula reipublicae oborti sunt, Quirites ta-
men etiam per primum tempus bellugas parum
humanis modis habuere.

Quid, quum Cato ipse consul ex Iberia re-
diens in urbem, bellicum equum suum ibi de-
reliquit ut publicis expensis aliquantulum par-
ceret? Quae quum Plutarchus enarraverit ad-
dit: « Utrum haec cautam animi magnitudinem
an pusillanimitatem indigent ipse lector diu-
diceat ».

At vicissim, quum circensis spectacula fre-
quentius in dies proponerentur, de alendis atque
curandis belluis Romanus populus nimis usque
cavebat, neque aliud interdum cogitare vide-
batur, quamvis eorum cruciatus avidi et laeti
semper in arena intuerentur.

Nam feritatis sensus ex uno in alium quasi
contagium diffunditur, quem nec christiana lex
valuit momento temporis submoveare. Neapol-
enim ad saeculum usque XIV gladiatorii ludi
habebantur, quos et Franciscus Petrarca, Colum-
nensi Purpurato Viro scribens, horrenti animo
enarrabat dicens se hominem necari quum vi-
disset uno spectantium oblectamento, aufugisse
statim e circo.

Tunc Ioannes Papa XXII excommunicatione
vulgata interdixit ne quis similibus ludis aut
adesset aut digladiaretur; attamen vetanti Pon-
tifici nemo morem gessit quousque Carolus rex
Pacificus crudeles ludos auctoritate sua re-
gno submovit.

Quae quum Christifideles proiecta iamdiu
humanitate patrarent, eadem mirum non est
Quiritibus delectationem attulisse, quamquam
et eos inter non defuerint qui tantam crudeli-
tatem improbarent. Cicero enim miseris illis
spectaculis nullimode gaudebat, aiebatque sese
intelligere non posse, quomodo bellua telo con-
fossa aut laniatus homo tantam pararent ho-
minibus delectationem. Attamen philosophi at-
que prudentes viri, ne quidquam de republica
maledicerent, cuius sumptu ea spectacula habe-
bantur, omnino de re silebant.

Neque adhuc innotuit quo pacto tanta be-
stiarum multitudo Romam adduceretur; nam
quum amphitheatrum Flavium primum populo
patuit, quinque belluarum millia caesa sunt,
sex autem millia domesticarum: forte qui lon-
ginquis in provinciis praetores erant tot bellugas
Romam mittebant, ut de Senatu et populo bene
mererentur. Magno autem numero bellugas et
privatorum sumptu advehabantur, qui eas
deinde in foro venundabant. Neque aliud ini-
tium Crassi odium in Caesarem habuit, quam
quia Caesar leones duos sibi emerat, quos
Crassus populo donare statuerat.

Nam quisquis de capessenda republica co-
gitaret aut gloriam et ambitum captare vellet,
permagna in circenses ludos ita erogabat, ut
Romanus quiske locuples liberalitate publica
hodiernos omnes Croesos, quos gignit America,
vinceret.

Simmacus olim, imperii patricius, narratur
bis millies centena millia auri in haec disper-
sisse; atque tamen quum dies indictus adfuit
omnia imparata erant, vix paucae belluae ade-
rant, deerant ursi atque leones, crocodili Ro-
mam ducti nec potum sumere nec cibum vo-
lebant, ita ut eos interficere oportuerit, ne fame
perirent; Saxones vero captivi triginta ad ludos
selecti, sese invicem in carcere iugulaverant
ne populo spectaculo essent.

Erant vero et incruenta spectacula proposita
pueris, qui eis maxime delectabantur. Ludi
erant ridiculi et ioculares; at quomodo plebs
sanie et sanguine assueta innocentiae miracula
dilexisset? Contra, plebs quoque iis aderat fre-
quens neque iam, ut Sanctus Iacobus scripsit,
animal aut avis Romae erat, quae non erudit
esset ad ludos.

Erudiebantur equi atque boves; nec simiae
deerant quamquam perrarae; omnium vero pe-
ritissimi canes, quos adeo optime Romani do-
cebant, ut in scaenam prodirent personam scae-
nicam acturi.

Huiusmodi belluarum studium omnes ita ani-
mos subvertebat, ut leones usque veluti ami-
cos et comites homines haberent, canes tam-
quam filii haberentur, aves, rari praecipue ver-
sicoloresque, aureis caveis custodirentur per
domus. Ipse Tullius canes valde diligebat, eos
que inter atque homines hanc differentiam in-
stituit, canes praesens tantum tempus inspicere,
de praeteritis et de futuris minime sollicitos;
homines contra et praeterita et futura recte
pendere et experientia duce futuris eventibus
prospicere, ex causis effectus praenoscere men-
tisque complexu totius vitae semitam dimetiri.

Seneca etiam Marcusque Aurelius [Caesar
benevolentiam in bellugas edocuerunt, neque
philosophi defuere, qui carnibus animantium
abstinendum censebant, ut Pithagorici, qui ani-
marum transmigrationem in bellugas fieri crede-
bant. Itaque Seneca ad annum carne abstinuit;
sed, quum a Tiberio Caesare edictum esset,
ne talis abstinentia servaretur utpote vetita-
rum religionum indicium, ad carnium cibos
rediit, quamquam parcissime.

FABULAE SELECTAE FONTANII

A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE

PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS (1)

CXLV. — LEO.

Rex libycus Leopardus erat, cui proxima cervos
Silva ministrabat, rusque boves et oves.
Nascitur haud procul inde leo, salverque natum
Pardica maiestas rite pieque iubet.
At simul arecessit vulpem, quae regis in aula,
Ante senatores, prima ministra sedet.
Cui rex: « Ora geris turbata: leunculus an te
Scalpsit? At extinctio patre, quid ille nocet?
Pupilli potius sors est miseranda: tenebit
Vix sua regna, novi queis nihil adiecit».
Quassat ad haec vulpes caput, et: « Misericordia tantum
Talis — ait — catuli non satis esse reor.
Aut mulcendus erit donis, aut ante necandus,
Quam duro fuerit dente vel ungue potens.
Belliger siquidem natus sub sidere, vicit
Ille suos hostes, auspice Marte, teret.
Hunc igitur (nam fidus erit sociis) tibi iunge
Foedere; ni facias, trade repente neci».
Vulpes incassum monuit: nil rex, nihil aula
Decernit; placet his mollis inuersus quies.
Rugit at ecce leo, non ille leunculus olim
Spretus; iamque suos pardus ad arma vocat.
Qui, dum Bellonae iubet aera sonare per agros,
Rursus ab accita vulpe reposcit opem.
At vulpes: « Eheu! tibi sera medela paratur.
Auribus ista tamen buccina parcat airoz.
Tum socios dimitte tuos, imbelli quod agmen
Unum novit: ores usque vorare tuas.
Agmen tale leo ridet, cui tres sine sumptu
Iunguntur socii; vis, furor, ingenium.
Iratum mollire stude: par mitte bidentum;
Mitte duplex, munus si videatur inops.
Addo bovem, quo non melior tua prata pererret;
His opus est, ut sint cetera salva tibi».
Sprerit consilium gens Pardica: causa malorum
Dira suis sociis, dira perinde sibi.
Hostem praevalidum pardus sociique laccessunt
Nequicquam; vicit sternit utroque leo.
Cresceri si iuvenem rivalem siveris, hunc tu
Cautus amicitiae foedere iunge tibi.

CXLVI. — LUPUS ET VULPES.

Artibus atque dolis, Aesopo iudice, vulpes
Vincit quotquot alit terra rotunda feras.
At lupus ipse, fame longa vel dente canino
Admorsus, suavit non minus esse rafet.
Hunc et crediderim, si dissentire magistro
Fas sit vulpinos vincere posse dolos.
Quadam nocte tamen, quum luna ruberet adulta,
Praevaluit vulpes: res ita gesta fuit.
Vulpes in puto lunarem conspicit orbem:
— « Caseus est — inquit — grandis, eritque meus».
Unda trahebatur putealis, dum rotas binas
Alterno situulas ordine mergit aquis.
Insilit in situlam vulpes ieiuna supernam;
Urna repente cadit, surgit et urna soror.
Heu! miseram pecudem, plectendam funere certo.
Altera ni sit lanx pondere pressa novo!
Altera ni pellecta pecus phantasmate rano
Vulpinum faciat (limina mortis) iter!

(1) Cfr. num. sup.

Lugubre per triduum furiit hoc in carcere vulpes,
Nec fera desertum praeterit ulla locum.
Iam superis captiva diu raledixerat auris,
Quum subit impransi frons inopina lupi.
Cui subito vulpes: — « Ades opportunus, amice;
Tune rides discum, quo m'a mensa nitet?
Caseus est pinguis, quem Pan tractarit; eidem
Candida lac Io, lecta iuuenca, dedit.
Si qua Iorem febris quartana laccessere posset,
Haec medicina Iorem redderet incolumem.
Hoc quod in orbe vacat segmen, prior ipsa comedi;
Pars tibi, quae superest, pribula larga dabit.
Ergo fac situlam citus ingrediare supernam,
Quam tibi subrex cauta piensque soror».
Nempe adeo sua verba linit fera callida melle,
Ut lupus in sinum pensile prosiliat.
Nec mora, devotus lupus undas fertur ad imas,
Dum vulpes, roris redditus, sulcat agros.
Ne ridete lupum, lectores; vos capit ipsos
Haud raro tricis lingua dolosa suis.
Nam quod quisque timet trepidus, quod ferridus optat,
Hoc praeceps animus credere suerit item.

CXLVII. — AVARUS ET SIMIA.

Dives acervabat nummos; semel orta cupido
Suerit nummorum crescere, fitque furor.
Auri vir noster vigil et per somnia montes
Cogitat, unde tamen commoda nulla trahit.
Gazam, ne rapiant fures, comportat in arcem,
Undis quam septam legerat aequoreis.
Heic amat aureolos (quae res mihi taedia ferret)
Pendere, metiri, dinumerare suos.
Computat; at summam quoties deducit, abesse
Thesauri partem comperit atque dolet.
Namque fenestellam pransurus linquit apertam,
Raptas unde iocans simia iactat opes.
Ostia conclaris tantum male cautus avarus
Obserat abscedens; ipsa sed area patet.
Accedit ut quadrupes, domino de more profecto,
Neptuno vellet munera ferre nova.
Non ita Iudeao volupe est cumulare talenta,
Ut pecudi nostrae dilapidasse fuit.
Unguibus in rapit hinc, rapit inde numismata fulva,
Quae volitare procul mox natura docet.
Ac nisi ludentem redditus turbasset herilis,
Quotquot opes aderant, pontus haberet hians.
Dives aware, tuo qui nescis utier auro,
Hoc tibi ne rapiat fors inopina, time.

CXLVIII. — DUA CAPRAE.

Libertatis amans, ardet bene pasta capella
Huc illuc agilem ferre referre pedem.
Pascua tum petulans per montes invia lustrat,
Vix ubi pastori semita rara patet.
Si quis inaccessus locus est, turritaque rupes,
Huc barbata pecus, scandere laeta, subit.
Binae forte caprae, queis ungula candida, vallem
Liquerunt, genium quaeque secuta suum.
Sedibus oppositis egressas sors ad eundem
Fert ambas rirum; dividit unda vagas.
Pons (leris asser erat) ripam iungebat utramque:
Mustelis binis riz satis ampla ria.
Torrens exiguus mugit sub ponte profundus;
Aures obtundit, corda repletque metu.

Arctum neutra tamen callem declinat Amazon;
Quo fert una gradus, aemula tendit item.
Sic ad colloquium, cuius fuit insula testis,
Hinc ibat Lodoix, inde Philippus Iber (1).
Ergo procedunt adversa fronte capellae,
In media donec stant titubante trabe.
Ambas ire retro stirps nobilis atque superba
Mens prohibet, nulli cedere docta pari.
Altera dicit enim genus a praestante capella,
Quae, Galatea, tibi candida mulcitra dabat;
Sanguis Amaltheae fuit altera capra, tonantem
Quae nutrix aluit, teste Marone, Iovem.
Ire negant retro rivales; pugna fit: asser
Nutat; praecipites flumen utrasque vorat.
Aemulus haud raro, quem provocet aemulus alter,
Huic simul atque sibi damna necemque parat.

CXLIX. — FELIS SENIOR ET IUNIOR MUS.

Incudit in felis senioris musculus unguis,
Musculus impubes, in ioca pronus adhuc.
Tentat inexpertus referanam flectere felem
Argumentorum pondere, vique precum.
— « Da mihi — captus ait — da vitam; numquid herilis
Ex me, tam gracili, damna culina feret?
Si quid edam, dominumne putas, dominamque vel
Natos ac servos posse perire fame? [horum]
Farris grana duo mihi prandia iusta ministrant,
Unaque nux plenum me teretemque facit.
Nunc macilentus ego; sine me pinguescere, proli
Donec opima magis porrigar esca tuae».
Sic ritam rigido mus exorabat ab hoste;
Qui tamen: — « Insulsas, — inquit — omite preces;
Nil iuvat has garrire mihi: surdae canis auri.
Feles, haecque senex, parcere nulla solet.
Nigrae (nam moriere) Stygi lamenta fer ista;
Non deerit natis altera coena meis».
Dictum res sequitur. Quam ferida saepe iuventus
Implorat veniam, dura senecta negat.

CL. — SILVA ET LIGNATOR.

Parcebat silvae lignator; namque securis
Ansam forte suae fregerat iliceam.
— « Da ramum — sic ille rogat — da, silva, vel unum,
Ne mea torpescat desidiosa manus.
Iam non in tua damna meum, quo vivere cogor,
Extendam ferrum, silva colenda mihi.
Caedendo aliunde petam, te sospite, truncos;
Umbrosumque tibi stabit, amica, decus».
Credula silva viro mendaci ligna ministrat,
Instrumenta sui (proh dolor!) interitus.
Immittit ferro donatam perfidus ansam,
Inque pium rursus saevit, ut ante, nemus.
Sternit ibi quidquid commendat forma vel actas,
Vix humili myrto parcitur atque rubis.
Sic est mos hominum: queis si benefeceris, aequa
Pro mercede, tibi damna parare soles.
Ah! quoties luxi, quos vastat dira bipennis,
Iucundos lucus, umbriferasque vias!
Questibus incassum caelum terramque laccose;
Heu! ritio rapitur gens male grata suo.

(1) Alludit hic ad insulam Phasianorum sitam in flumine Bidassoa, quod flumen Galliam ab Hispania dividit, ubi legati Ludovici XIV et Philippi IV, anno MDLIX, de pace co-niugio firmando egerunt.

THERES

SIMULACRUM venustissimum igneo afflato Berninio videtur, Romanus Dioctetiani, qui tenuit nomen, quodque stodiunt et colunt, in eminent Theresiae monumentum, quae « Seraphim » vocari meruit praefinito paene studio quo Christum Iesum dilexit.

Theresia Abulae, insigni in urbe Iberiae, nata est parentibus quidem tum genere, tum virtute clarissimis. A mare Deum primis ab ungueulis quum didicisset, admiranda futurae sanetimoniae specimina cito puella dedit. Num enim Martyrum gesta audiaret aut perlegeret, spiritus eius tantum inde fervorem suscepit, ut domum linquens dulcesque parentes in proximam aufugeret Africam, ubi inter infideles pro Fide diceret sanguine testimonium. Sed reducta a patruo ad suos, non destitit quin multiplicatum martyrii desiderium piis largitionibus atque assidua oratione solaretur.

Paulo post matre orbata, nimium humanae tristitiae non indulgens, Virginis patrocinio veluti matris euse commendavit, quae ipsam revera veluti filiam Theresiam habuit. Henricus Joly, qui ex novissimis sacrarum rerum scriptoribus in sanctorum vita enarranda magis nunc eminet, (1) piae virginis hoc praecipue punctatitudine sanetitatis gressus.

Ex quo enim oratione omnino vacaret, Carmelitum dixit, ubi deinde permanent transigere ita visitatis culmina ascende.

Verum non modo Theresia persecuta est

(1) Cfr. Santa Teresa perlinea sulla IV edizione francese febre et Soc., 1905. (Ven. II)

THERESIA VIRGO.

SIMULACRUM venustissimum, quod vere Flaminis igneo afflato conceptum a Laurentio Berninio videtur, Romae in templo apud Thermas Dioctetiani, quod a Pragensi victoria obtinuit nomen, quodque Monachi Carmelitae custodiunt et colunt, insigne est. Hoc in altare eminet Theresiae monumentum, quae « Seraphim » vocari meruit prae infinito paene studio quo Christum Iesum dilexit.

Theresa Abulae, insigni in urbe Iberiae, nata est parentibus quidem tum genere, tum virtute clarissimis. A mare Deum primis ab unguienlis quum didicisset, admiranda futurae sanctimoniae specimina cito puella dedit. Quum enim Martyrum gesta audiret aut perlegeret, spiritus eius tantum inde fervorem suscepit, ut domum linquens dulcesque parentes in proximam aufugeret Africam, ubi inter infideles pro Fide diceret sanguine testimonium. Sed reducta a patruo ad suos, non destitit quin multiplicatum martyrii desiderium piis largitionibus atque assidua oratione solaretur.

Paulo post matre orbata, nimium humanae tristitiae non indulgens, Virginis patrocinio veluti matris eam commendavit, quae ipsam revera veluti filiam Theresiam habuit. Henricus Joly, qui ex novissimis sacerdarum rerum scriptoribus in sanctorum vita enarranda magis nunc eminet, (1) piae virginis gesta quum recolit, hoc praecipue punctum adnotat, ex quo futurae sanctitatis gressus Theresia ingreditur.

Ex quo enim orphana fuerat, ut Virginis omnino vacaret, Carmelitarum sodalitio se ad-dixit, ubi deinde per duodeviginti annos vitam transigere ita visa est, ut ad ultima sanctitatis culmina ascenderet.

Verum non modo suae animae profectum Theresia persecuta est, sed etiam fortiter ac-

constantissime proximorum saluti prospexit. Quare Pio IV Pontifice approbatum primum mulieribus, deinde viris observandam proposuit severiorem eius instituti regulam, quod praesertim opus sancti Iosephi patrocinio sese consequutam dicebat, quem ut patrem animae suae piissime semper coluit, et proximis collendum praedicavit.

fectius esset. Multa autem caelestis sapientiae documenta serpsit, quibus fidelium mentes ad supernae patriae desiderium maxime excitarentur.

Quamvis acerrimis morbis afflictaretur, tam anxius desiderio castigandi corporis aestuabat, ut hoc ciliciis, flagellis saepe excruciat; neque his contenta, Deum enixe orabat solita precatiuncula: « Domine, aut pati, aut mori ». Prophetiae quoque dono excelluit, eaque tam generose a Domino dictata est, ut saepius exclamans peteret, beneficiis in se divinis modum imponi, nec tam celeri oblivione euparum suarum memoriam absoleri. Nee mirum quod euparum se ream faceret, quia in prima inventute, antequam Carmelum ascendebat, per trahi sese mundanis deliciis senserat, et aliquantulum saecularibus desideriis et vanitatibus cesserat.

Sed tandem, confecta non tam aetate nec morbis, quam potius intolerabili incendio amoris divini, Abulae graviter aegrotavit. Obitus sui diem praesensit, sacris omnibus sese munivit, alumnas omni consolatione refecit, ac tandem sub columbae specie, mirantibus omnibus, anima eius candida evolavit ad Deum, anno millesimo quingentesimo octogesimo secundo.

Moriente visus quoque fuerat adesse Iesum inter agmina angelorum coruscantia, et arbor arida cellae proxima tunc ex improviso effloruit. Corpus autem

incorruptum ad hanc diem Abulani colunt devoti; dum nomen venerantur certatim omnes cives catholici, qui ubique gentium morantur.

Non uniformiter secundum mensuram delictorum increpationes quoque inferri debent; sed aspici diligenter eorum, qui deliquerunt, vires atque propussum; ne forte volens rupta sarcire, maiorem operetur disruptionem; et cupiens erigere collapsa casum inferat graviorem.

S. IOAN. CHRISOST.



Et profecto mirum apparuit virginem monialem triginta et duo monasteria inopem aedicare valuisse, quamquam saeculi principes acriter inceptum eius plerumque adversarentur. Dum autem magis in dies divini amoris igne repletur, tandem meruit se die quadam in oratione angelum videre, qui ipsius cor ignito iaculo transverberaret, et audire simul Christum, qui data dextera, Sponsam eam diceret, quae eius honorem procuraret.

Sponsi itaque consilio, maximae perfectionis votum emisit efficiendi semper quidquid per-

(1) Cfr. Santa Teresa per ENRICO JOLY. Traduzione italiana sulla IV edizione francese. Romae edid. Desclée, Le-feuvre et Soc., 1905. (Ven. lib. 2).

COLLOQUIA LATINA

Ludus globulorum ⁽¹⁾.

METANOLIUS. — Heus, Fabi, unde tibi saceculus tam plenus globulorum?

FABIUS. — Furatum mene credis?

M. — Apage eum ista suspicione: non te puto furatum. Emistine? an donati sunt tibi? an luerando aequisivisti?

F. — Luerando maiorem partem; reliquos emi.

M. — Quid, si te pauperiore conciliem?

F. — Quid si caelum ruat? Sed si quid audes?

M. — Libet ludere?

F. — Cur non libeat?

M. — Quo genere?

F. — Illo, per quod tu mox aut Croesus aut Irus fias; ille, si viceris; hic, si vetus fueris, quod opto et spero. Vix tibi sunt viginti globuli.

M. — Fuit, quando tu trecentos non habebas. Age, dic, quo genere certabimus.

F. — Par impar volo, ita ut serobiculum humi faciamus, capacem unius pugni virilis, altum mediocriter. Inde ego certo intervallo distans, et volae insistens meos tuos simul in illum levi iactu coniiciam. Sin ineurrerit in fossulam numerus par, omnes globuli erunt mei, quique foris quique intus iacebunt; si impar, omnes erunt tui.

M. — Ast ego quoque iacere velim.

F. — Esto, sed tunc quando ero victus. Fac serobiculum.

M. — Commoda cultrum.

F. — Franges, et magno stetit.

M. — Minime; est terra mollis et argillacea.

F. — Digitis everre frustula.

M. — Dictum et factum; everri. Haec erit meta.

F. — Nimum distat.

M. — Quomodo nimum? Duobus passibus meis, et semis: est humus plana, sine lapidibus stratoriis, leniter acclivis, acomodata huic ludo. Si esset serobiculus ad parietem, licet iaceere maiore vi. Quot vis dem tibi in manum?

F. — Si vis eito rem perdere, da multos.

M. — Duos dabo?

F. — Hoe nihil est. Vis me quatuor globulos iactare?

M. — Ego quatuor do.

F. — Iam hoc aliquid est. En oetonarium, sic collocatum, ut binarius binarium sequatur.

M. — Sta intra metam, ne digitum transversum, aut unguem latum excesseris.

F. — Siccine?

M. — Etiam. Sed iam nimis propendes contra serobiculum.

F. — Non profecto.

M. — Immo. Esto iustus, si me vis esse.

F. — Sum. En iacio. Quatuor sunt intus; numerus par.

M. — Exspecta, ne colligas: adhuc alii accurrunt adversus serobiculum. Hem, quintus incurrit; mea est victoria. Iam tu mihi da numerum.

F. — Accipe sex.

M. — Placet. Prima victoria addidit animos. Aspice, omnes inieci, evax!

(1) Ex opere IACOBI PONTEI, cui titulus *Progymnasmatum latinitatis*. (Monachii MDCX). — Passim retractavit I. F.

F. — Accipe rursus totidem.

M. — Accipio. Octo sunt intus. Io, io, tertia palma!

F. — Accipe denuo, et totidem.

M. — Ecce tibi rursus octo.

F. — Nolo amplius ludere.

M. — Quare?

F. — Tecum est felicitas.

M. — I, gloriare de tuis globulis. Fecine sacrum tuum leviorum?

F. — Et tibi aliis faciet.

M. — Tumebas ante.

F. — Et tu modo....

DE SACRA CONGREGATIONE
EPISCOPORUM ET REGULARIUM.

SACRA Romana Congregatio, quae per ellipsim Episcoporum et Regularium vulgo nuncupatur, ad negotia et consultationes deputata est tum ab ipsis episcopis de suo pastorali munere a Sum. Pont. requisita, tum circa querelas in ipsis vel eorum accessos a fidelibus motas, tum denique ad dirimendas quaestiones, quae sive internam Religiosorum Ordinum disciplinam respicerent, sive inter unum et alterum Ordinem, vel inter Regulares et Episcopos exorirentur.

Eius origo an. MDLXX repetenda, quando Cardinalium Congregatio quaedam instituta est « pro exequendis decretis a Visitatoribus Apostolicis editis pro dioecesi Aquileensi »; huiusmodi autem Congregationes alias Gregorius PP. XIII instituit an. MDLXXXIII ac MDLXXXVI, ad quas non tantum a Visitatoribus, sed etiam ab Episcopis et Regularibus negotia deferri coepérunt. Xystus autem PP. V an. MDLXXXVI Const. Romanus Pontifex Congregationem ordinavit « pro consultationibus Regularium utriusque sexus », atque post annos duos const. Immensa duas decrevit Congregationes, alteram « pro consultationibus Episcoporum et aliorum Praelatorum », ut scilicet « Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Praelatorum et Ordinariorum quorumlibet etiam inferiorum petitiones audiret, propositisque difficultatibus, quaestionibus ac controversiis aliquis super quibus consulta esset, etiam per litteras, sedulo humaniterque responderet, dubia, rationes et causas Ecclesiarum earumque dignitatis, iurisdictionis, exemptionis, immunitatis, iurium, privilegiorum et laudabilium consuetudinum conservationem concernentes summario cognosceret, atque ex partium petitione quam ex officio componeret prout honestum opportunumque videretur »; causas item « inter quascumque singulares personas et universitates..., praeter eas quae Concilii Tridentini interpretationem exigent, et ordinem iudiciale re ipsa requirerent » examinaret; alteram « pro consultationibus Regularium », quae « Regularium, Claustralium, Mendicantium et non Mendicantium, Hospitaliorum et Militarium possidentium et non possidentium, eiusvis demum Ordinis essent, controversiis, dubitationibus, consultationibus propositis responderet »; audiret pariter « causas et controversias inter praedictos Ordines vertentes sive in universum, sive ratione particularium locorum, dummodo formam iudicariam non requirerent ». Sub nomine autem

Regularium, etiam Moniales eiusvis regulares et observantiae Pontifex comprehendendi voluit. Hae vero Congregationes, quum praesertim negotia agitarentur plerumque inter Episcopos ac Regularies, paullatim in unam coaluerunt, quae idcirco Episcoporum et Regularium fuit.

Verumtamen, Ordines Regulares quod attinet Principi cordi esse debet non tantum exortas removere difficultates statum Regularium vel disciplinam regularem deordinantes, sed maxime ea constituere, quae provehant regularem disciplinam et Regularium statum reddant magnis tutum et firmum (1).

Itaque Innocentius PP. X an. MDC LXVIII peculiarem Cardinalium Congregationem instituit « super statu Regularium » ac aliam deinde Innocentius XII « super disciplina Regulari » in universo orbe. Quum vero ex multiplicatis Congregationibus dubia atque dissensiones oriuntur circa earumdem competentiam, idem Pontifex deerevit insuper ex facultatibus Congregationi super statu Regularium tributis, alias Congregationi a se institutae transferri debere, alias Congregationi Episcoporum et Regularium, addens, circa Regulares totius orbis, huic Congregationis proprium esse munus « Romano Pontifici ea iugiter suggerere ac propondere, quae, pro eorumdem Regularium fovenda seu reparanda disciplina opportuna fore in Domino iudicaverit » (2).

Resolutam sie Congregationem super statu Regularium, Pius PP. IX renovavit conlatoque peculiari munere ad vitam Religiosam instaurandam, decrevit ut Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium Cardinalis Praefectus una simul praesideret Congregationi super disciplina regulari, ac praefectura Congregationis super statu Regularium modo sibi Romanus Pontifex retineret. Ex hisce patet tum Congregationem super statu Regularium, tum Congregationem super disciplina regulari subsidiarias esse Congregationi Episcoporum et Regularium. Addere iuvat, ex hodierna praxi eas non exercere potestatem « iudiciale », sed tantum « executivam » et « legislativam », neque Moniales iis subiacere, quippe quae plerumque a iurisdictione Episcoporum haud immunes sint: itaque si quid de iis constitendum fuerit, id cavit Congregationi Episcoporum et Regularium.

Cuius quidem Congregationis competentia alia « privativa » est, alia « cumulativa » (3) Privativa huic Congregationi competit negotia explore circa exequutionem legum Tridentinarum ad Ordines Regulares pertinentium (4), ac circa iura et officia Episcoporum in viros Regulares et in regimen Monialium. Competentia autem « cumulativa » ad ea omnia extenditur, quae regimen spirituale fidelium eiusvis coetus respiciunt; atque ideo Congregationi haec « universalis » aliquando appellata fuit.

(1) Cfr. opus MICHAELIS LEGA *De iudiciis ecclesiasticis*, p. II, tit. IV, in quo etiam recte adnotatur, aliquoties « statum » regularem et « disciplinam », regularem indiscriminatim usurpari; sed proprietate vocabulorum et rerum considerata, « statum regularem » ad fundamentales regulas se referri, quibus Ordines religiosi constituntur; « disciplinam regularem », vero potius respicere observantiam praeeceptorum, quae specialia esse solent in singulis Familias Regularibus.

(2) Const. *Debitum*, d. iv mens. Aug. MDCXCVIII.

(3) Cf. LEGA, op. et loc. cit.

(4) Diximus « exequutionem »; interpretatio enim propria est Congregationis Concilii, prout ipsa sermonem habentes adnotavimus. — Cfr. num. sup.

EX SS. CONGREGATIONIBUS

SENTENTIAE NOSTRAE

Ex Congregatione Regulares et Observantiae

— Ritus proprius, quod vantiae utuntur in celebrazione Sacramentorum, non est ab omnibus Regularibus, iis non exceptis assumuntur. Neque est Liturgia Carmelitica, ut pro uno vel altero Sacramento peculiari, ex Rituali Romano supplementum sub titulo *Ritualis Carmelitana* huius Ritualis observanda die XXIV mens. Maii MDCCLXV.

— Consuetudo, licet per Hebdomadarius utatur in diebus persolvendis, ut ideo minime servandis tundinis, diebus in quibus perit in habitu chorali et tunc assumere pluvialia ne ipso choro. Qui autem a tempore thurificationis esse parati fuerunt, non quid placi habitu chorali inde consistutudo ut duo Cantriantur pluvialibus ad diem in diebus solemnioribus Maii MDCCLXV.

— In Ordinatione personarum Pentecostes, vel Apostolico, pronuntiantur sententiae super Ordinatos genua. (Ex deer. d. VII).

— Anniversarium De Regularibus celebrandum cum Octava in ecclesiis consecratis, iuxta decreta die XX mens. Aug. MDCCCLXVIII. *Celebrationis ectionis ac Tituli ecclesiae MDCCLXV, ad III. Iunii MDCCLXV.*

Instructio ad excusos fidelium terras potestatis processibus in causis MDCCLXV.

Quum Ordinariae Potestatis omnia curare quae ad fidei pietatem et religionem concernunt, spectet Viros Excellentes Vicarii Apostolici itaque oportet curare nominis Martires, qui per delium fuerint morte in Ecclesia augeantur, et auctoritatem proponantur in exemplis.

Qua in re igitur primi curam esse oportet ne martyrio, quod illi suscipiantur, sed ut consequentur, quod ecessus constituent, quod Sedi de eorum gestis tunc aureolam et coronam induantur.

Igitur non erit abs iuris Viris enucleate praebere magisque legitime in Reguladas incumbant, atque sciae universae, tum suis navent. Atqui, quoniam

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS

SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indulgenciarum et Sacrarum Reliquiarum:

— Ritus proprius, quo Carmelitas Antiquae Observantiae utuntur in celebratione Missae et in administratione Sacramentorum et Sacramentalium retinendus est ab omnibus Religiosis ad Ordinem pertinentibus, iis non exceptis, qui ad paroecias regendas assumuntur. Neque est improbanda praxis recepta in Liturgia Carmelitica, ut quae formae ac coheremoneas pro uno vel altero Sacramento deessent in rito Ordinis peculiari, ex Rituali Romano desumerentur. Est tamen in facultate Prioris Generalis Ordinis Carmelitarum A. O. tam ritus peculiares Ordinis, quam eos qui ex Rituali Romano suppletur, in unum volumen colligere sub titulo *Ritualis Carmeliticus et omnibus suis subditis* huius Ritualis observantiam praescribere. (Ex deer. die xxiv mens. Maii M DCCCC V).

— Consuetudo, licet perantiqua, cuius vi Canonicus Hebdomadarius utatur stola in omnibus horis canonicis persolvendis, ut legitima habenda non est, ideoque minime servanda. Neque vi eiusdem consuetudinis, diebus in quibus iuxta Caeremoniale Episcoporum assumenda sunt pluvialia, Hebdomadarius potest in habitu chorali manere usque ad hymnum et tunc assumere pluviale. Quin etiam in Vesperis solemnibus pluvialia nequeunt assumi et deponi in ipso choro. Qui autem assistunt Hebdomadario tempore thurificationis esse debent iidem qui ab initio parati fuerunt, non quidem duo alii Beneficiati similes habitu chorali induiti. Denique sustineri nequit consuetudo ut duo Canonicci, absente Episcopo, induantur pluvialibus ad fungendum munere assistentium in diebus solemnioribus. (Ex deer. d. xxx mens. Maii M DCCCC V).

— In Ordinatione peragenda Sabbatho quatuor temporum Pentecostes, vel diebus Dominicis ex indulto Apostolico, pronuntianda sunt ante singulas Orationes super Ordinatos verba Pontificales: *Flectamus genua.* (Ex deer. d. vii mens. Iulii M DCCCC V).

— Anniversarium Dedicationis ecclesiae etiam a Regularibus celebrandum est sub ritu duplici I classis cum Octava in ecclesiis tam consecratis, quam non consecratis, iuxta decretum 3522 *Analphitana* sub die xx mens. Aug. M DCCCLXXX et decretum generale 3863 *Celebrationis festorum Patroni loci, Dedicationis ac Tituli ecclesiae* sub die ix mens. Iulii M DCCXCV, ad III. (Ex deer. d. vii mens. Iulii M DCCCC V).

Instructio ad excenos Vicarios Apostolicos per infidelium terras potestatem ordinariam habentes de processibus in causis Martyrum conficiendis.

Quum Ordinariae Potestatis praecipuum sit munus omnia curare quae ad fovendam augendamque gregis pietatem et religionem conferant, quumque magis id spectet Viros Excellentissimos, qui per infidelium fines Vicarii Apostolici muneribus funguntur, eos itaque oportet curare quam maxime ut christiani nominis Martires, qui per suas provincias odio infidelium fuerint morte multati, digno sane honore ab Ecclesia augeantur, et ad Beatificationis cultum erecti proponantur in exemplum ceterorum fidelium.

Qua in re igitur primam atque praecipuam eorum curam esse oportet ne documenta ac testimonia de martyrio, quod illi sustinuerint, amittantur vel disperdantur, sed ut contra diligenter collata eos processus constituent, quorum ope liceat Apostolicae Sedi de eorum gestis tuto cognoscere Martyrumque aureolam et coronam iure illis tribuere.

Igitur non erit abs re nonnullas Excellentissimis Viris enucleate praebere normas, quibus recte magis magisque legitimate in huiusmodi probationes colligendas incumbant, atque undique utilem tum Ecclesiae universae, tum suis praesertim gregibus operam navent. Atqui, quoniam tum a communis Ecclesiae

iure, tum atque potissimum a praecipuis legibus, quae negotia Canonizationum Beatificationumve gubernant, praeliminariorū processuum onus Ordinariae auctoritati fuerit relictum, ea brevi adnotanda sunt quae ut rectam huiusmodi inquisitionem satis superque valeant. Nam, quum de Ordinariis agatur qui multiplices inter adversitates, gravissimaque inter obstacula, per gentes saepe inimicas suum gerant munus, haud aequum erit easdem ab illis expectare sedulas ad unguem cautelas, quae pro Ordinariis processibus ut plurimum requiruntur, quum iis praesertim Postulatores causarum uti queant in linea aequalis probationis cum Processibus Apostolicis, vel ut una cum hisce compulserunt plerumque supplicare assueverint.

Igitur in inquisitionibus adornandis spectare oportet ritus formam ante omnia, deinde vero qua de re processus instituatur.

Quoad formam in re nostra satis erit, si adfuerint substantia iudicis: legitima nimur iudicis potestas, legitima testimonia examina, authentius processus rogitus. Hunc ad finem:

Quod est de legitima iudicis potestate:

1.^{um} Aut Ipse Vicarius procedat oportet vel sacerdotem aliumve iudicem ecclesiasticum, ordinaria, qua pollet potestate, deleget ad iudicis munus sustinendum.

2.^{um} Ut iusiurandum, sive tacto pectore, si iudex erit Episcopus, sive tactis Evangelii, si clericus, de fideliter adimplendo munere edat in hanc formulam:

« Ego N. N. infrascriptus, tactis hisce sacrosanctis Dei Evangelii coram me positis, iuro et promitto fideliter et diligenter adimplere munus mihi commissum circa constructionem Processus Informativi in causa Beatificationis et Canonizationis, seu declarationis Martyrii Servi Dei (vel Servorum Dei) N. N. ad formam decretorum S. R. C. et praesertim novissimorum, quae confirmata fuere a San. Mem. Innocentio PP. XI; neconon iuro et promitto religiose servare secretum de Testim depositionibus, nec de iis loqui cum aliqua persona, excepto Actuario pro eodem Processu deputato, sub pena periurii et excommunicationis latae sententiae a qua nonnisi a Summo Pontifice (excluso etiam Maiori Poenitentiario) praeterquam in mortis articulo absoluvi possim. Et ita promitto et iuro: sic me Deus adiuvet et haec sancta eius Evangelia. »

Qua de formula praestiti iurisurandi Actuario testabitur, qui eam in primordiali Processus Sessione ex integrō referet; atque Index formulae subserbit: « N. N. Vicarius Apostolicus », vel « N. N. Index deputatus ». — Et simili formula Actuario deputatus furet eique descriptae Index ipse (Vicarius vel subdelegatus) subserbat, ut constet de Actuarii delegatione legitima.

Hisce praemissis, quum legitime constitutum tribunal habeatur, testes audire opus erit. Eos vero seligi a iudice oportet, qui apprime instructi noscantur de rebus, quarum cognitione sumenda est.

Sed primum interrogandus est testis super interrogatoris praeliminariis consuetis: videlicet: 1.^o de nomine, patria, aetate, conditione sua, de sua religione, an sit baptizatus vel non, an confirmatus vel non, an praecipuum paschale semper adimpleverit.

2.^o Interrogandus an fuerit unquam processus, vel inquisitus et qua de causa et iure, an iniuria et quo exitu, an fuerit unquam excommunicatus, an a censuris promeritis fuerit solitus.

3.^o An Dei Famulum, vel Dei Famulos cognovit, de visu, vel de auditu, et a quibus; an cum his sit conversatus vel non; an ab aliquo fuerit instructus de ea quae deponenda habeat, vel ab alio fuerit studii vel odii causa ad deponendum incitat.

4.^o An Dei Famulum veneratione sua prosequatur, an desideret eius Beatificationem neene.

Generalibus hisce interrogatoribus expletis ad rem ipsam deveniendum est; ac primo testis interrogetur de vita Martyris, de ortu, patria, parentibus, adolescentia, inito forte clericali statu, vel religioso, aut sacerdotio suscepto, de officiis in Europa gestis, de itineribus exantatis ad Missiones, de munib[us] in missione gestis, de peragratis infidelium provinceis, de conversionibus procuratis.

Quae quum decursu temporum, ut assolet in humanis, nonnihil neglecta fuerint; placet Nobis, quoniam res agitur momenti maximi, quid in ea re sit praestandum enucleatius edicere ac distinctius statuere. Quae igitur sequuntur sancte in posterum praestanda volumus et mandamus.

I. Quicunque in Urbe, sive de saeculari clero sive de regulari, sacris ordinibus initiandi erunt, omnes, excepto nemine, doctrinæ periculum facient in Curia Cardinalis Vicarii Nostri.

haud ita praestant, ut de minimis quoque scisitari atque perquiri testes oporteat. Secus autem de sequentibus punctis, qui ad martyrium et causam martyri pertinent.

Igitur interrogandus testis: *De causa martyri ex parte tyranni*, id est: de causa atque origine persecutionis, generalis vel localis: — De edictis quae ad rem forte fuerint emanata, vel de füssibus a magistris datis: — De inita persecutione atque de sacrilegiis, vastationibus aliis ad rem peractis, de christianorum dispersione vel captura: — De popularium hostium animo, sermonibus, calumnias in Christi fidem iactatis, etc. — Testes interrogandi sunt et de minimis circumstantiis, de sermonibus quos audierint, de gestis quae viderint vel narrare audierint, de edictis quae legerint aut alias noverint, ita ut singulas circumstantias copiose, abunde, singillatim, adamassim elucident.

(Ad proximum numerum).

ACTA PONTIFICIA

MOTU PROPRIO

De examinibus ordinandorum in Urbe.

PIUS PP. X.

Sacrosancta Tridentina Synodus de iis agens, qui ad sacra initiandi forent, sic prescribebat: « Sancta Synodus, antiquorum canonum vestigiis inhaerendo, decernit ut quando Episcopus ordinationem facere disposuit, *omnes* qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem vel quando Episcopo videbitur, ad civitatem evocentur. Episcopus autem, sacerdotibus et aliis prudentibus viris, peritis divinae legis ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi adscitis, ordinandorum genus, personam, aetatem, institutionem, mores, *doctrinam* et fidem diligenter investiget et examinet » (1).

Ex quibus profecto patet neminem omnino excepit a doctrinæ periculo subeundo, qui velit ad sacros ordines promoveri; itemque doctrinæ periculum eiusmodi, non quasi pro forma atque obiter, sed diligenter investigatione faciendum. — Ac merito quidem: non enim promiscuum est, doctus sit an indoctus qui sacris initietur; sed ea prorsus ratione qua castis rectisque moribus commendari illum oportet, eadem et doctrina exornari necesse est.

Hinc Decessores Nostri, praesertim vero Alexander VII f. r., Const. *Apostolica sollicitudo*, de doctrinæ examine ab ordinandis rite peragendo multa monuerunt ac sapientissime decreverunt, tum pro dioecesibus universis, tum praecipue pro hac alma Urbe, quae ipsis erat peculiaris officio commendata, utpote Romani Episcopatus sedes.

Quae quum decursu temporum, ut assolet in humanis, nonnihil neglecta fuerint; placet Nobis, quoniam res agitur momenti maximi, quid in ea re sit praestandum enucleatius edicere ac distinctius statuere. Quae igitur sequuntur sancte in posterum praestanda volumus et mandamus.

I. Quicunque in Urbe, sive de saeculari clero sive de regulari, sacris ordinibus initiandi erunt, omnes, excepto nemine, doctrinæ periculum facient in Curia Cardinalis Vicarii Nostri.

(1) Sess. xxiii, cap. vii, *de Reform.*

Qua in re Tridentinae Synodi decreta innovamus et confirmamus, ac privilegium exemptioni quodecumque penitus extinguimus, atque illud etiam quo fruitur Societas Iesu ex Constitutione *Pium* Gregorii XIII et Constitutione *Quantum* Pauli V Decessorum Nostrorum.

II. Quibus de rebus quave methodo examinandi sint, qui vel sacram Tonsuram vel minores Ordines sunt suscepturi praxis edocet, quae buc usque obtinuit, quamque Nos obtinere in posterum, nulla mutatione, volumus.

III. Ad maiores Ordines qui sunt evehendi, ii de *Instructione* primum interrogandi sunt, quae ad Ordinem suscipiendum pertinet. Tum etiam tractationes aliquas de Theologia dogmatica proponent: videlicet, unam pro Subdiaconatu; binas pro Diaconatu; ternas pro Presbyteratu, ac praeterea tractationem de sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

IV. Qui ad Diaconatus Ordinem promovendi sunt, in faciendo periculo, tractationem theologicam, quam pro Subdiaconatu proposuerunt, iterum proponere ne queant: item Sacerdotio qui sunt augendi, tractationem nullam proponant, de qua in praeteritis examinibus tentati iam fuerint.

V. Quas quisque theologicas tractationes proponat, singulorum ordinandorum arbitrio permittimus. — Cardinalis tamen Vicarii Nostri erit tractationum seriem praescribere ac definire, praeter cuius limites nulla ordinandis eligendi facultas esto. — Singula porro examina quam diu sint protrahenda, eiusdem Cardinalis Vicarii Nostri prudenti arbitrio statuendum relinquimus.

VI. Quicunque, ex ordinandorum numero, Theologiae lauream in aliqua pontifica Universitate consequuti fuerint; eos a subeundo periculo de re theologica exemptos volumus.

VII. Pontificia decreta quae adhuc vigeant, et Vicariatus Nostri Urbani consuetudines, quae hoc Motu-proprio Nostro non sint mutata vel abrogata, vim omnem ac robur in posterum etiam obtinere volumus ac decernimus.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanetum Petrum, die XVI Iulii anno millesimo noningentesimo quinto, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. X.

DIARIUM VATICANUM.

(Die XXI mens. Aug.—d. XXI mens. Sept. M DCCCCV).

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites, aliosque viros, qui sui cuiusque muneris gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Hiacynthus Cormier, Ordinis S. Dominici magister generalis; manus Teutonorum peregrinorum a cl. v. Conrado Müller, regii gymnasi Wurtemburgensis doctore, coram adducta; Prospersus Scaccia, episcopus Tiburtinus cum presbyteris triginta dioecesis sua; excusus vir Michaël Martins de Antas, Lusitaniae legatus apud Apostolicam Sedem; De la Faille de Leverghem comes, Belgiae legationis a secretis; De Tejada de Valdosera comes, Hispaniae legatus; Ianuarius Granito Pignatelli de Belmonte, archiepiscopus Edessen. Nuntius Apostolicus Vindobonae; Rinaldus M. a Sancto Iusto, Ordini Carmelitarum Excaleatorum praepositus; Fe-

trus Pacifici, novus Congnis a S. Hieronymo Emiliani, vulgo « Somaschorum », superior generalis cum consilio Congnis sua; De Tejada de Valdosera comes iterum, litteras Hispanici gubernii exhibens, quibus a legati munere ipse revocatur, in eiusque locum Rodericus Figuera y de Torres marchio sufficit; manus peregrinorum ex Gallia, a Parisensi Vicario coram adductorum; Antonius M. Lechert, Missionariorum a Divino Amore Iesu superior generalis.

Pontificiae electiones.

— R. p. Laurentius Janssens ex Ordine S. Benedicti inter « Consultores Commissionis de biblicis studiis » recensetur.

— R. p. Raimundus Netzhammer ex Ordine S. Benedicti, rector Pontifici collegii Graecorum in Urbe, archiepiscopus Bukarestien. eligitur.

— Exclusus vir Alfonsus Archi, episcopus Comahlen, ad Comensem dioecesim regendam transfertur.

— Ioannes Pellizzari, Protonotarius Apostolicus ad instar participantium, canonicus primicerus cathedralis Tarvisinae et illius seminarii rector, episcopus Placentinus creatur.

— Dominicus Pasqualigo ex Ordine S. Dominicis alter a « Commissario » S. R. U. Inquisitionis dicitur.

Vita functi viri clariores.

— Ad Kilwam, pro fide interemptus, Cassianus Spiss, Vicarius Apostolicus Zanguebarens. merid., ex Ordine S. Benedicti a S. Otilia in Bavaria, episcopus Ostracimines, S. Iacobi in oppido Rhaetiorum natus an. M DCCC LVI.

— Romae, die VII mens. Septembris, Purpuratus Pater Raphael Pierotti ex Ordine S. Dominicis, iam Sacri Palati praefectus, vir doctrina ac pietate insignis, Sorbani-Episcopi in oppido Lucan. archidioecesis ortus d. I mens. Ianuarii an. M DCCC XXXVI.

Varia.

— Rmno viro Emanueli Baabdaty, Abati generali Monacorum Maronitarum a S. Isaia, tribuitur a SSmo facultas condendi in Urbe hospitium pro iuvenibus illius religiosi Ordinis studiis operam dantibus.

ANNALES.

Pax inter Iaponios et Russos composita.

Ex pacis foedere inter Iaponios et Russos sanctae, cuius summam superius, in hoc *Vocis Urbis* numero, retulimus, id partium consilium praeceipuum facile appetat, ut Russis pariter atque Iaponiis erga Sinenses aequalitas omnino sit tum circa ferriviarum rationem, tum circa concessiones, quae in futurum fieri possint: quae quidem cantelae pacis diuturnitatem praeter omnia tutantur.

Sed tamen in Iaponia foederis conditions tam malo animo acceptae sunt, ut populus ad tumultus passim accesserit, Tokii atque Yokoamae in urbibus praesertim, ubi armorum vis ad eos comprimendos adhibere oportuit. Dum vero scribimus quies restituta videtur, quum praesertim plebs certior facta fuerit de pluribus utilitatibus, quae ex eodem foedere Iaponiae partae sunt.

Russorum civiles res.

Contra, a Russis, uti par erat, gaudio aut saltem animi solatio quadam pax accepta; quod tamen minime impedivit quominus civilis perturbatio cessaret omnino; itaque operario rum ab opere desertiones, agricolarum seditiones,

nes, crimina in magistratus tentata, postremo quoque hoc temporis spatio, recensenda sunt.

Gravissima autem in Caucasica regione acciderunt, ubi odium antiquum Tartaros inter atque Armenos horrenda procuravit. Civile bellum Baku praesertim ad urbem exarsit: inde caedes, incendia, depopulationes, quae milites contundere plerumque non valuerunt. In petroli puto multos vis nefariorum hominum quoque adhibita; ex quorum destructione oeconomica damna Russorum omni civitati sunt comparata, quae hand brevi sarentur.



Balkanici et Cretenses motus.

Dum Creta in insula res immotae manent, hinc incolis in seditionibus perdurantibus, hinc Europaearum nationum legatis insulae tutelam gerentibus in earum cohibitionem incumbentibus, Turcicum imperium retractans se ostendit circa legatorum electionem confirmandam, quos exterae gentes deputarunt ut Macedonico aero administrando invigilarent. Interim novae praedonum catervae regionem cursitant.



Norvegorum secessio.

Ad res cum Sueionibus ob Norvegorum secessionem sedate ordinandas, Carlstad in urbe utriusque gentis legati convenerunt: qui, post nonnullas diremptas quaestiones, in via quodammodo retenti sunt a turribus duabus nullius bellici momenti ad fines erectis, quas Sueiones deletas volunt; renunt contra Norvegi civilium animorum pleni. Omnium tamen spes est fore ut quaestio haec etiam feliciter componatur.



Mauritanæ res.

Mauritanum imperium scribendi argumentum indesinenter praebet. Hodie de novo cum Gallis discrimine sermo est, quorum subditum ex Algeria Mauritan captivum suum iniuria fecerunt, neque facile fuit Gallico legato sibi vindicare. Adde proelium inter Raisulum, quondam latronem, nunc autem regium satellitem, et « Angueras » gentem actum, magna hominum caede, ad votum emitendum ut conventus ille brevi coeat qui, Mauritano Caesare quamvis aegre assentiente, tum exterarum gentium dissensiones inibi tollat in posterum, tum quietis tempus tandem aliquando inauguret.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Austria, administris studiis commerciisque praepositis munus abdicantibus, in eorum locum suffici Bienerter dynasta atque Anersperg comes.

In Batavia « Status generales », quos dicunt, congregati; iisque reginae oratione civilis constitutio nis immutatio, proxime habenda passim, nunciata est.

In Hispania nova comitia habita.

In Hungaria, quum rogatio legis quam « e suffragio universali » nuncupant ab administris propria regi haud accepta fuerit, Fejervary praeses eiusque collegae ab officio recesserunt.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Facis* Phil. Cuggiani.

PER ORBEM.

NE quis crediderit, quod solitum iter meum per orbem in superiore numero referre omiserim, me officium meum deliciarum, aut saltem beati otii causa neglexisse; requievi quidem, at in lecto, febri adstrictus. Quamquam, bono alite, ea ipsa non fuit, quae, inferioris Americae fines transgressa, Neo-Aurelianensem civitatem, ingrata hospes, visitavit; **f**lammam, quam nuncupant, **f**ebrē dico, quamque depellere omnis generis remedia nondum valuerunt; itaque vietrix victimas plures sibi comparavit, neque ipsi dioecesis episcopo pepercit.

Ceterum, ubi primum convalui, erumeniam meam suscepi atque iterum hue illuc vagari coepi, a Borussia tamen longius progrediens, ne me, viribus etiamtum infirmum, **c**holera quoque **m**orbus suaviter amplectetur.



Viam itaque Hispaniae sum ingressus; at ciborum caritas e Vandallitia depulit; eoque magis quod invitamentum Guerritae, taurorum debellatoris, renuere debarem, qui in pauperum solatium magnam pecuniam erogavit ceterosque omnes in provincia illa commorantes ut ipsius nobile exemplum sequerentur appellavit: nullum enim taurum unquam mactavi, ut Guerritae divitiis gaudere possem!

A Barcinone autem procul detinuit **f**ragor globorum ignitae pulvris, qui a celesta nefariorum hominum manu incensi sunt, civiumque alios ad necem, ad vulnera alios adduxerunt.

Igitur ad Maioricam insulam confugi, ubi cum viris omnium gentium astrorum cognitione excellentibus sine ulla sollicitudine, omnibus ignotus ac vere «in tenebris», mirabile vidi spectaculum quod solis omnis defectus die Augusti mensis trigesima ad meridiem illic praebuit.



At nova infortunia alio me adducunt; inter incendia primum, in Tridentina regione, ubi domus aliquot comburuntur. Quid vero haec, si cum rabi comparaveris, quam Vulcanus contra Adrianopolim civitatem effudit? Heic enim aedes ad mille trecentas et quinquaginta usque flammis voratae sunt; emporia trecenta, scholae tredecim, tempa sex; brevi, tria millia hominum et ultra ad incitas redacta dicuntur.

Rand, in urbe Pensilvaniae, nitrateae pulveris fabricae duae, alia post aliam ex improviso tonant. Quid damna commemo? Aedificia decem solo sternuntur, ferreis axibus stratae viae destruuntur; ad septem millia passuum ruinas videre est.



Neo-Eboraci gravis calamitas ex aerea ferrivia parva est, cuius currus, ad bi-

vium, ob axium erratam quamdam a custode permutationem, limitibus exierunt, atque in substantem viam impulsi, viatoribus nonnullis mortem procurarunt.



Sed iam me Italum hominem luctus detect atque plangor; quis imo immanis illius terraemotus, notitiam aliquam audiens, unde octava huius mensis die Calabria terra pulcherrima et feraeissima vastata omnis est, temperet a lacrimis? Concubia nocte, dum miseri incolae somno indulgent, boatus formidabilis ex improviso insonans, simulque terra tremit, subsultat, hiscit hinc inde.... Perterriti cives et oppidani se proripiunt lectis, domibus; at, heu! fragiles aedes praecipitant, delabuntur, in suamque trahunt ruinam turbas fugientium: qui autem letho vulneribusque sospites evadunt, parvo temporis momento tecto omnibusque opibus orbati, quasi habentes caelitumque hominumque fidem invocantes vagantur per agros.... Subveniunt quidem miseris fratribus Itali omnes, in primisque paterna caritate Pontifex summus, Episcopi, Italiaeque rex, qui ultimo inter subditos tam misere pessimatos advolat perque aliquot dies versatur; subveniunt quoque ex exteris gentibus liberales animi; at si fami, vestibus, domiciliis generose hi medebuntur, quisnam tot funeribus afferet remedium? Miserebitur Deus!

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Dott. MARCO GALDI. *Cornelio Gallo e la critica virgiliana*. — (Patavii, ex Off. P. Prosperrini, 1905).

Dissertationem hanc M. Galdi composuit ad «lauream» litterarum in athenaeo Neapolitano consequendam an. M DCCCC III; nunc autem praeol mandans afferit quidem latinis litteris non ignobile tributum. Opus in capita VI dividitur; a VI^a ac X^a Vergilii ecloga sermonis initium deducens, in quibus peculiaris momenti notitiae praebentur circa poetum C. Galli labore, cl. scriptor generalia trahit de Galli natura; deinde de eius patria disputat, — (quae tamen quaestio dubia adhuc relinquitur) — per conjecturas nonnulla circa eius institutionem assequitur; et quum Cornelii poeticum ardorem atque amicitiam cum Vergilio ad trutinam partim vocaverit, reliquam poetae vitam attingit usque ad eius mortem, quam ipse domo et provinciis, non aperte nota causa, interdictus, sibi consivit. Postrema operis pars tum Galli carminum vices examinat post eius mortem ad nostra tempora, tum, Skutschii ad opinionem accedens, illi poemation Ciris vindicat, cuius denique variae lectiones penduntur.

Dott. MARCO GALDI. *Il sentimento della natura e della gloria nell' epistolario di Plinio il giovane*. (Indid.).

Eundem Rossanensis gymnasii doctorem iam socii et lectors nostri Plinii iunioris maxime studiosum norunt; in nostris enim paginis ipsius scriptum nuper vulgavimus de iis, quae Plinius circa Graecas litteras sentiret. Novo hoc opusculo Galdius naturae glo-

riaeque sensus quales in Plinio fuerint ex illius epistolis postquam deduxit, concludit auctorem immodece ostentationis aut superbiae immerito a pluribus accusari.

C. Plinio Cecilio Secondo - *Epistole scelte*. — Introduzione e commento di LUIGI ZENONI. (Venetiis, ex off. Sortenii et Vidotti, 1905; ven. lib. 3).

Aloisius Zenoni, Ioannis patris vestigiis insistens, qui Italis scholis libros probabiles quidem iamdiu indesinenter aptavit, hoc volumen eo consilio edidit, ut iuvenum studio Latinum auctorem offerret, cuius e scriptis lectorum mens antiquum percipiat spiritum eumdemque admiretur, simulque ex honesto eius animo exempla recolat vitae salutaria. Quo autem rem facilius consequeretur, contractis commentationibus, collatisque aut comparatis notitias, quae sive ab aliis auctoribus sive a Plinio ipso deduci possent, ac simul hodierna scientia valde utens, publicos privatosque mores, instituta, fidem antiquorum brevi exposuit; pluribus adnotacionibus proprium Plinii sermonem ac dicendi formam explanavit, sensumque ac vim latinae orationis cum Italica optime compositum; quod quidem quantum in adolescentium progressum conferat nemo neget, qui iuvenum institutioni sese addixerit. Accedunt tum sobria de Plinii aetate, vita atque scriptis disputatio, tum rerum et vocabulorum indiecs; quae opus perficiunt, dignumque redditum quod scholis secundi ordinis enixe commendetur.

I. F.

=====

AENIGMATA

AB ANDR. PAPAY PROPOSITA.

I.

Cornibus ablatis, mutilum ne despice brutum.
Quid sim, quid valeam, dicere quis valeat?

II.

Cornua deme mihi; furiali dente nocebo;
Ipsos vel celeres assequor ore canes.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet I. B. FRANCESIA comoediam latinis versibus scriptam, cui titulus:

SATURIO.

Aenigma an. VIII, n. VII propositum his respondeat:

Calor -- Color -- Olor.

Rite solutum miserunt:

Petrus Tergestinus. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Fel. Dacomo, *Alba*. — Guif. Schenz, *Patrasbona*. — L. Walter, *Neo-Eboraco*. — Mich. Fasinski S. F., *Stareviesia*. — Seminarium Episcopale Guastallense. — Renk par., *Davenporta*. — D. Le Provost, *Briocen*. — F. Arnori, *Mediotano*. — Ios. Baldus, *Faventia*. — Mich. Vidal, *Palma in insula Maiorica*. — Em. Gschwind S. P., *Praga*. — G. Vallas, *Corduba*. — Senior Astensis. — I. A. C. Oudemans, *Trajecto ad Rhenum*. — Princ. Gordon, *Mancunio*. — Ferd. Ferrari, *Guastalla*. — Ric. Müller, *Berolino*. — Lad. Lud. Podobinski, *Bochinia*. — Collegium Scholarum Piaram *Stellae*. — Call. Amalberti, *Albio Intemello*. — Am. Robert, *Marieville*.

Sortitus est praemium:

PETRUS TERGESTINUS,
ad quem missa est JOSEPHI ROMEO elegia

AD PIUM X.

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO,

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

☞ IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO. ☞